







1715, 2 5

FLORES VOTIVI

FAUTORIBUS <sup>à</sup> ET AMICIS  
*Sparsi*

VIRO JUVENI

NOBILISSIMO ET ERUDITISSIMO

PAULO GODOFREDO SIEVERTO,  
MAGDEBURG.

Cum magno suo merito

<sup>à</sup>  
VIRO EXCELLENTISSIMO, CELEBERRIMO  
DOMINO

THEODORO ZUINGERO,

Medic. Pract. Prof. Ordinis Seniore,  
& Reipubl. Archiatr.

IN PERANTIQUA RAURACORUM UNIVERSITATE  
SUPREMOS IN ARTE MEDICA

HONORES & INSIGNIA DOCTORALIA

*Solenni ritu acciperet.*

D. VIII. Januarii Ann. MDCCXV.



B A S I L E Æ,

Typis Friderici Lüdij, Acad. Typogr. MDCCXV.









I.



Uam dubia, & quis sit Medicina  
 obnoxia morbis,  
 Ni ferat huic promptam dia Ma-  
 thesis opem,  
**SIEVERTE**, & calamo & facundo  
 disseris ore,  
 Doctrinamque probas arte in  
 utraque parem.

Ergo ades, auxilioque veni, nec tædeat arti  
 Te Medicæ medicas applicuisse manus.

**J. JACOBI BATTIERII, JC.**  
*Acad. p. t. Rectoris.*

II.

**Q**uem veri studiis cælo Sapientia tollit,  
 Siverte, & Myſtam docta Matheſis habet;  
 Quiq; ideo Jatricen certo jam lumine luſtras,  
 Aptaq; ſcis cunctis pharmaca ferre malis;  
 Quem probitas ornat, pulchriq; ante omnia mores,  
 Atque animus prudens, ingeniūq; lepos;  
 Et quem tot Linguas docto ſanctem ore putaret  
 Europe regio qualibet eſſe ſuum:  
 Quam bene circumdant Clavia tua tempora laurum,  
 Quam bene iſt in titulos jam Medicina tuos!


X 2

111A



*Si multum est, hæc quæ tribuit tibi præmia, felix  
Rauracia & par hinc dat decus atque capit;  
Ille tibi Patrius longe felicitior Albis,  
Laude tua & medica qui fruiturus ope est.*


JAC. CHRISTOPHORI ISELII,  
S.Th. D. & Pr. h.t. Ord. Dec.



## III

**P**Allidus ille Senex & avarus Portitor Orci  
Dum tremit & Nauli Lucra perire dolet.  
Patria Te reducem gestit *Siverte* videre,  
Auxiliumque agris optat adesse tuum.  
*Tu* nil cunctatus Lauro tua tempora cingi  
Poscis, ut in Patriâ splendida Serta geras.

## PROMOTORIS.




## IV.

**Q**uid *Siverte* Tibi dulces ita subtrahis annos,  
Corporis & nimium machina nostra placet?  
Impiger & passim Scythico discurris ab Albi  
Per mare, per terras, nulla pericla timens,  
Ipsemet ut proprio lustres studiosus ocello,  
Quid quævis posset docta secando manus.  
Quaque Italus, Gallus, Germanus, Belga, Britannus  
Corporis hos cunctos explicet arte tonos.  
Aère sub crasso multumque diuque moratus,  
Infomnes noctes transigis atque dies.  
**A, b,** tractando, infinitaque, +que, -que,  
Hac fieri Medicus vis ratione bonus.  
Sanior at pergis veras inquirere causas  
Morborum, & pendis pondere quæque suo.

Artis





Artis at ignari rident, falseque reponunt,  
 Expertum faciunt scilicet hæc Medicum.  
 Optica num visum dabit, aut Algebra cruorem  
 Amissum? an Vestis laxa reponis ope?  
 Eu? Poteras certe fulgenti parcere nummo,  
 Atque domi vitam vivere Doctor ovans.  
 Dummodo de quovis garrires plurima morbo,  
 Et scires cunctis pharmaca scripta malis.  
 Fallor, *Siverti*, quid distent ara lupinis,  
 Quid Medicus Medico, pagina docta docet.

J. HENR. STEHELIUS, M. D.  
*Anat. & Botan. Profess. P.*




V.

**V**era Mathematicus dicit sed ficta Poëta,  
 Visue Mathematicus simve Poëta Tibi?  
 Posterius non sum, capiam prius ergo quod Ipse es,  
 Sic laudes veras commemorabo Tuas:  
 Incipere at nolo, quoniam Vir Nobilis in Te  
 Laudando finem non facile inveniam.  
 Absolvam voto, volitet Tua fama per Orbem,  
 Sæpe Tui & similes det Basilea Viros.

Nobiliss. & Doctissimo D. Candidato, suo in  
 Mathematicis Auditori solertissimo ita  
 applausit

JOH. BERNOULLI, Math. P. P.  
 Societ. Reg. Scient. Gall. Angl. & Pruss. S.



VI.

**V**ir erudite, vir stupendis dotibus  
 Ornate, cultor impiger Scientiæ

) 3

Secretioris,



Secretioris, artis Æsculapiae,  
 Te summa cujus attigisse culmina  
 Ardore mentis igneo, quis ambigat?  
 Postquam perite cumque magno acumine  
 Te disputantem viderat novillimè  
 In æde Phœbi, litteratorum domo.  
 Si concupiscis, fama quidnam prædicet,  
**SIEVERTE** binis indicem nunc Versibus:  
 Non extitisse dignius dudum caput,  
 Suprema honoris quod corolla cinxerit.

**JOHANNES BUXTORFIUS,**  
*Ling. Hebr. Prof.*



VII.

**D**octrinam, **SIEVERTE**, Tibi quam Gallia, quam  
*Anglia cum Batavis, Patriæ, ora dedit,*  
*Doctōris titulum superaddet Raurica, quæq̃*  
*Rem nequit, hoc saltem nomen habere dabit.*  
*Nunc age, & Italiam felici fidere iustra,*  
*Atq̃ ad nos Solpes, Doctōr amice, redi.*

**CHRISTOPH. EGLINGERUS,**  
*Med. Doct. Rhet. Prof.*



VIII.

**D**e Herren Nigen Haus Apollo steht gebildet/  
 Und gegen ihm der Pan von grober Art verwildet:  
 Apoll mit seiner Leyr / singt anfangs nur allein/  
 Bald aber kommt der Pan und rülhet zwischen ein.

Da



Da fihet Midas auch mit seinen langen Ohren/  
 Den beyden solte er in Richters Weiß zuhören:  
 Was g'schicht? der lose Gast verdaunt der Harffen Klang/  
 Er lobt den Pan und rühmt sein rauhes Schnader-G'sang.  
 Ihr habt Her: Candidat Euch neulich hören lassen  
 Gleich als Apoll, dabey zwar viel Gelehrte fassen  
 Doch auch ein Pan hernach mit seinem Wild-Geptär  
 Vermeynt als ob er Euch weit vorzuziehen wär;  
 Wann schon ein Midas diß für Wunder-Sachen preiset/  
 Doch Euer Ruhm dadurch je mehr und mehr sich weiset.  
 Drumb wehrter Musen-Freund/ vor den verdienten Lohn  
 Wird Euch jetzt zugelegt die Edle Doctors-Cron.

Dieses hat als ein geringes Zeichen seiner  
 vollkommenen gegen dem Hochgelehrten  
 Hrn. Candidat tragenden Hochachtung  
 beysetzen wollen

Johann Scheuchzer / Med. Doct.

IX.

AD LECTOREM.

**T**U qui forte leges, hodie quæ carmina nostro  
 Doctori fudit docta & amica cohors;  
 Ne credas, supra meritum laudari illum,  
 Excessisse modum hæc carmina neve putes;  
 Ne dicas nobis: *Indoctus sepe cathedram*  
*Conscendens celebris Doctor ovare solet.*  
 Si nego, concedo, distingo, dicere norit,  
 Vel sine iudicio plurima inepta loqui;  
 Mox emendicata affirmant carmina, toto  
 Orbe nihil tali doctus esse Viro.

Hinc



✠ ) : ( ✠

*Hinc est, quod doctum vulgus communiter istis  
Versibus exiguam siveit habere fidem.*  
Nosce Virum, Lector, nostri lege scripta Siverti,  
Fac ejus virtus ut tibi nota fiet.  
Judiciumque feres aliud, (spondebo,) tibi que  
Major adhuc omni laude Sivertus erit.

Plaudens apposuit

N. B.

F I N I S.





ULB Halle

3


001 966 979




sb











B.I.G.

Farbkarte #13



1715, 2 / 5

**VOTIVI**

T AMICIS

VENI

ERUDITISSIMO

**DO SIEVERTO,**

JRG.

no merito

CO, **CELEBERRIMO**

N O

**ZUINGERO,**

Ordinis Seniore,

rchiatr.

RUM UNIVERSITATE

TE **MEDICA**

A **DOCTORALIA**

iperet.

. MDCCXV.

**E Æ,**

Typogr. MDCCXV.

1715

